

Heinrich August Zeibich

Gebel El Mokatab Animo Contemplatvr Et Orationes Svb Anni Exordivm Habendas

Gerae: Ex Officina Rothii, [1778?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn889748020>

Druck Freier  Zugang






56 C16
407.

1780

Stb-407.





Ap. n. 116.

G E B E L
E L M O K A T A B

ANIMO CONTEMPLATVR

ET


ORATIONES SVB ANNI EXORDIVM

H A B E N D A S

OBSERVANTISSIME INDICIT


HENRICVS AVGVSTVS ZEIBICH

ILL. RVTH. PROFESS. PVBL.



GERAE,

EX OFFICINA ROTHII.



Magnopere delectamur nomine Seruatoris, quod in circumcissione ipsi quondam limpositum, nec a nuntio tantum coelesti diu antea praedictum, sed etiam a Iacobo a) et Mose b) uetustissimis iam temporibus usurpatum fuisse, recordamur. Hic autem dum Salutem illam, uelut rupem firmissimam, repraesentat c), qua spes omnis posterorum Israelis ac fortuna niti possit certissime, hoc nos tempore admonet, ut cunctam in hac rupe salutis nostrae, contra quamcunque iniuriam temporum, fiduciam collocemus, memoriamque beneficiorum diuinorum tantis potius nostris, quam saxi ac lapidibus, inscribamus. Redeunt hic simul in mentem testes fortasse salutis illius admirabilis, tot hominum millibus olim allatae, rupes istae in Arabico deserto, quo populus Israeliticus iter fecit, quae uulgo Gebel el mokatab uocantur, et inscriptionibus pluribus, sed nemini adhuc intellectis, insignes, in solitudine illa, eaque inprimis, cui nomen est Pharan, spectantur. Dignas eas eruditissimus Michaelis, et Academia Inscriptionum Parisiensis, iam pridem iudicarunt, quae a uiris, linguarum scientia praestantibus, summo considerarentur studio, et, quantum fieri possit, explicarentur accurate d), licet optatis postea euentus haud responderit, cum uiri docti, a Danorum rege in Arabiam ablegati, naturae omnes ibi debitum reddiderint, solusque redierit Niebuhr, ad quem mandatum hoc et cura ista minus pertinebat. In quarum ignoratione cum multos, nisi forte plurimos, lectorum meorum uersari existimem, rem ipsam primo testimoniis peregrinatorum et spectatorum certis luculentisque confirmabo, tum, quid de monumentis his antiquis censendum esse uideatur, strictim summatimque exponam

Iam pridem Eques Saxonicus de Neitschütz e), della Valle f), Theuenot g), et Moncony h), passim in hoc deserto rupibus incisarum meminerunt literarum, potissimum autem Dapperus i), quem ipsum, suo corroborantem testimonio, audiamus: „In der Wüsten Sinai asen die Kinder Israel Manna. Man sieht zum Gedächtniß dieser Wunderthat auf einem Felsen alte hebräische Buchstaben gehauen, welche von den heutigen sehr unterschieden sind, und auf deutsch also lauten: Der Regen des Manna. Vnter diesen Litern ist eine Abbildung des Gommors,

a) Gen. XLIX, 19.

b) Exod. XV, 2.

c) Deuter. XXXII, 4. 15.

d) Michaelis Fr. an eine nach Arab. reisende Gesellsch. Vorr. u. Instrucl. n. 3. u. S. 383.

e) Neitschütz Reilebeschreibung IV, 8. S. 195.

f) Wagenfeil ad Sota p. 440.

g) Wagenf. l. c. p. 441.

h) Moncony Reisen nach Asien S. 255.

i) Dapper Beschri. von Asien S. 359.

„inors, oder Mases zu sehen, darinnen das Manna mußte gesammlet werden.
 „Ferner sieht man unter dieser Abbildung viele andere hebraeische Buchstaben,
 „welche aber Alters halber schier ganz ausgegangen und nicht mehr zu lesen sind.
 „Eben auf diesem Stein stehen diese Buchstaben eingegraben: Dieser Ort ist be-
 „quem die Lehre der Geheimnisse zu verwahren“. Neque nero nos ad inscriptiones
 quasdam, diuersis locis sparsas, et a Kirchero aliisque paucis obseruatas, sed
 ad illa inprimis saxa, et rupes continuas, spatio satis longo ignotis plane abstru-
 sisque literarum notis insignitas, animum referimus, quae in deserto Arabiae Pha-
 ran peregrinantium subiiciuntur oculis, ob eamque causam Gebel el mokatab,
 rupes inscripta, appellantur. Primus horum saxorum recentiori aetate, nisi fal-
 liamur, antistes quidam Franciscanus mentionem iniecit, cuius peregrinationem
 in Anglicam conuertit linguam Robertus, (Clayton) Episcopus Clogheranus, in
 Germanicam V. C. Ioannes Petrus Cassel, ita loquens k): „Endlich kamen wir
 „aus den ungeheuren Gebürgen von Gebel Pharan heraus, auf eine breite Ebene,
 „nichts desto weniger mit hohen Hügeln umgeben. Diese Hügel heißen Gebel
 „el mokatab, das ist, die beschriebenen Berge. Denn sobald wir von den Ge-
 „bürgen Pharan abgereist waren, giengen wir verschiedene andere eine Stunde
 „lang nach einander vorbey, die mit alten unbekanntten Characteren beschrieben,
 „und in den harten Marmorfelsen so hoch eingegraben waren, das es an einigen
 „Orten zwölf oder vierzehn Fus vonder Erde war, und obgleich wir in untrer
 „Gesellschaft Männer hatten, welche die Arabische, Griechische, Hebräische,
 „Syrische, Coptische, Lateinische, Armenische, Türckische, Englische, Illyri-
 „sche, Deutsche, und Böhmishe Sprache verstunden, so war doch keiner, der
 „einige Wissenschaft von diesen Characteren hatte, welche doch nichts destowe-
 „niger in diesen harten Fellen mit größten Fleiß eingehauen sind, in einer Ge-
 „gend, wo weder Wasser, noch etwas zu beissen und zu brechen ist“. (Vidit
 postea Pocockius l), literas quoque, seu figuras potius quasdam, et inscriptiones
 octoginta quatuor, duabus tabulis, aeri incisis, exhibuit, quibus nulla prorsus cum
 praesentibus literarum orientalium formis conuenientia intercedit. Pari modo An-
 glus, Harmar, diuiniorem codicem ex narrationibus peregrinatorum eruditorum
 illustrare conatus, et a B. Fabro in teutonicam linguam translatus, quae adhuc re-
 censuimus, confirmat m). Spectant eadem rupes Benzelius n), Edward

A 2

Worthley

k) Tagereisen von Groscairo nach dem Berge Sinai aus einer Handschrift des Praefectus der Franciscaner in Aegypten, übersetzt S. 51.

l) Pocock. Reisebesch. Erlang. 1754. B. I. S. 236.

m) Faber Beobacht. über den Orient aus Reisebesch. B. II. S. 135.

n) Benzel. Syntagm. dissert. p. 253. not.

Worthley Montagu o), et paucis ante annis Carsten Niebuhr p), plures autem horum lapidum literatorum testes citat Cel. Büsching q), idemque sententiam harum inscriptionum obscuram prorsus et absconditam esse, merito profitetur. Nec uero recentiori tantum, sed prisca etiam aetate haec saxa doctissimorum in se oculos animosque conuertisse, Cosmas Indicopleustes, seculi sexti auctor, testatur his uerbis r): *Εστιν ἰδῆν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐρήμῳ τῆ Σινάϊα ὄρους, ἐν πάσαις καταπάνυσει, πάντας τὰς λίθους αὐτοῦ διγεγραμμένους γράμμασι γλυπτῶις Εβραϊκῶις, ὡς αὐτὸς ἐγὼ, πεζεύσας τὰς τόπων, μαρτυρῶ.* Quibus ex cunctis efficitur, dubitari de his rupibus inscriptis plane non posse, nisi tot uiros sagaces, sinceros, et oculos, turpissimi mendacii accusare uelimus, etsi magna res omnis difficultate laboret, et diuersa eruditissimorum hominum iudicia accipitem nobis cogitandi curam relinquunt

Antequam autem haec saxa consideremus, illud breuiter monendum uideatur, rupes illas, quae Gebel el mokatab dicuntur, ab aliis saxis literatis discerni summo studio debere, ne inanes uerborum lites seramus. Permulti enim, ut Kircherus, Pocockius, et Niebuhr, uel proxime montem Sinai, uel iuxta Horeb, uel eo loco, quo uitulum aureum elaborasse dicitur Aaron, lapides quosdam literis ornatos conspexerunt, ac marmora sepulchralia deprehendere crediderunt, notis quibusdam aut figuris hieroglyphicis insignita, quae cuncta minime huc spectant, nisi omnia permiscere inter se ac turbare uelimus. Etenim et antistes ille Franciscanus, huc profectus, in solitudine Pharan, procul a monte Sinai, et Montagu, Anglus, post montem Sinai, in eodem deserto Pharan, ualle quadam, sex milliaria in latitudinem patente, has inueniri rupes aperte docent, atque ipse Niebuhr in tabula sua geographica s) Dsjaebbel el mokatab, ut scribit, dissentientibus cunctis reliquis, qui Gebel el mokatab appellant, a monumentis illis sepulchralibus distinguit, iisdemque triumuiris iure Büschingius suffragatur. Iter igitur, hunc si ducem sequare, ita se habet: Mons Horeb, claustrum Catharinae, ad septentriones Scheickh Selim, lapis Mosis, qui rupes a Mose percussa censetur, ubi adhuc ostia, quibus aqua emanauit, cerni existimantur, idem illud asseuerante Montaguo t), tum desertum Pharan, et post aliquot horarum spatium rupes illae, Gebel el mokatab, occurrunt, tum demum, in tabula Niebuhriana, monumenta sepulchralia ista, quibus idem a quibusdam cognomentum tribuitur, longe

- o) Montagu Brief in d. Hallisch. gelehrten Zeitungen 1766. Stück 95. S. 753. f.
 p) Niebuhr Besch. von Arabien S. 96. u. Reisebesch. nach Arab. B. I. S. 235.

- q) Büsching neue Erdbesch. V. Th. I. Abtheil. S. 547. f.
 r) Cosmas in collect. noua Patr. per Montf. tom. 2. L. 5. p. 205. seqq.
 s) Niebuhr Besch. v. Arab. tab. XXIII.
 t) Hallische gelehrte Zeit. 1766. S. 605.

longe tamen remotius, spectantur. Itaque et ipse Niebuhr scribit u) „Dieser Dsjaebbel el mokatteb hat also nichts ähnliches mit dem, welchen der Vorsteher der Franciscaner zu Cahira beschrieben hat. - - Nach der Beschreibung, welche man von einem andern Dsjaebbel el mokatteb, der in dieser Gegend seyn soll, und den wir eigentlich suchten, gemacht, glaubten wir wenigstens einen ganzen Monath Zeit nöthig zu haben, um nur die daselbst befindlichen Inschriften zu copiren, wir aber waren hier in einem Tage mit unsern Anmerkungen fertig“. Tanto autem difficilius est, de his ipsis literis sententiam dicere, et opinionones doctissimorum uirum conciliare. Cosmas, qui multas tamen fabulas recenset x), praesertim hic, ubi in cunctis Israelitarum stationibus omnes lapides literis hebraicis narrat inscriptos, quod nemo unquam alius obseruauit, et eques Saxonicus de Neitschütz Hebraicas censent praeaeas, praefectus Franciscanis Chaldaicas ueteres, sed interpres eius Robertus Clayton Hebraicas antiquas, Mosis tempore receptas, at post Babylonica uincula Chaldaicis aut Syriacis mutatas, Montagu Hebraicas recentiores, quibus Iudaei Seruatoris tempore sint usi, quas tamen (mirum) non intellexit uir, adeo literarum orientis peritus y), eruditus quidam Gallus, cuius literas recenset Moshemius z), Arabicas, ipse autem uir immortalis Saracenicis, cruciatarum expeditionum temporibus exaratas, Michaelis a) Copticas ueteres, Bayerus uero et Büschingius Phoenicias obloletas, arbitrantur. Libere, quod sentio, dicam, et dubitationes deinde, quae possint obici, refellam

In omni hac controuersia, rite disceptanda, hoc primum sumo, nemo quod facile ierit infitias, auctores harum literarum haud paucorum interuallo dierum has notas uel insculpsisse rupibus istis, uel incidisse, sed menses certe, nisi forte annos, in illum laborem, satis molestum atque difficilem, impendisse, ob eamque rem minime peregrinatores, ultro citroque commeantes, fuisse, sed incolas huius regionis et habitatores esse debuisse. In petris enim durissimis, quae uulgo marmora Granit uocantur, qualia cum porphyrite, alabastrite, et nigris lapidibus, prope ferreis b), in hoc deserto inueniuntur c), et ipse uidi Dresenae, incitae sunt illae nocēs, tanto tractu, ut horae spatium integrae et amplius proficisci sit necesse, antequam hanc peragraueris regionem d), in agro praesertim tam sterili, ad o

A 3

a 1

- u) Niebuhr Reisebeschr. nach Arab. B. I. S. 237. et 238.
- x) Photius cod. XXXVI.
- y) Winkelmanns Briefe an seine Freunde S. 179.
- z) Mosheim's Vorrede zu Pococks Reisebeschr. B. 2. d. 2.

- a) Büsching S. 549.
- b) Ptolemaeus Geogr. IV. 5.
- c) Shaw Reise in die Levante S. 380.
- d) Tagereisen von Groseairo nach dem Berge Sinai S. 51.

aquae et omnis cibi inopia laborante, qualis est Arabia et haec inprimis solitudo *e*,
 ut, qua ratione viatores hoc loco diu commorari ualuerint, egestate uictus pressi,
 et cur literis insculpendis tempus studuerint perdere, cogitatione prorsus compre-
 hendi non possit. Namque iam olim poeta Arabicus, quem Abulfaraius citat *f*),
 ob defectum aquae non diu uno consistere posse loco Arabes confirmauit, Euty-
 ches quoque, patriarcha Alexandrinus, iisdem in finibus uerlatus, haud dissimi-
 lem ideo querelam effudit *g*). Quis igitur uel Aegyptiis, uel Arabibus, uel Syris,
 uel Phoenicibus, uel aliis, haec incisa notis marmora publicis, ut cum Horatio
 loquar *h*), assignare audeat, qui profecto, per longum temporis spatium, ali-
 mentis omnibus destituti, confidere ibi debuissent, idque a peregrinantium abesse
 moribus satis constat. Taceo insidias Arabum, quibus iter ibi facientes quotidie
 sunt obnoxii, quorumque impetum timentes, minus est probabile, tam diu pe-
 riculoso isto loco commoratos quondam fuisse, causam fileo, nullam prorsus,
 cur istas literas impressissent. Relinquitur, ut uel incolae certi, positus ibi sedibus
 eam regionem sibi uindicantes, hoc susceperint negotium, uel ii, qui, sine te-
 ctis et aedificiis, in tentoriis modo et tabernaculis, uixerunt, mirabiliter per ali-
 quot annos nutriti, ad otium fallendum haec literarum exarauerunt monumenta.
 Illud uniuersae istius regionis naturae aduersatur. Quis enim, quaeso, adeo ste-
 rili, aqua cibusque omnibus priuato, ac periculoso loco, in maxima bestiarum
 ferocium serpentumque uenenatorum copia, habitat? Nemo sane, ob miserri-
 mam huius prouinciae faciem summamque siccitatem, uidetur unquam sedem re-
 rum suarum ac domicilium ibi collocare potuisse, nisi diuinitus alimenta fuerint
 suppeditata, ipsique sessorum quotidianis miraculis conseruati. Quod si olim opi-
 dis uicisque ista regio abundarit, quorum autem ne minima quidem, tristissima
 hac solitudine Pharan, uestigia superlunt, profecto res ista haud adeo mirabilis ho-
 minibus literatissimis uideretur. Accedit, quod, Dappero teste *i*), rupi cuidam
 iuicinae figura Gomor, seu mensurae Manuae, et inscriptio, eiusdem mentionem
 faciens, cernitur insculpta, et Arabes ipsi, edocti forsitan traditione perantiqua,
 Abrahami posteros exiles auctores harum literarum agnoscunt. Quibus praeful-
 tis, haud a uero nos aberrare putamus, si Israelis nepotes, ex Aegypto profectos,
 incolas illius tractus in deserto Pharan unos, quantum meminimus, literarum ha-
 rum scriptores extitisse censeamus. Namque hi, praepotenti Numinis uirtute
 uinculis Aegyptiacis liberati, et per mare rubrum mirabiliter traducti, solitudi-
 nem illam peragrarunt, diuque in ea confederunt *k*), Manna, coelesti pane, et
 cotur-

e) Num. XX, 5. XXI, 5. Deut. VIII,
 7. Hof. XIII, 5.

f) Abulfaraius p. 5. ed. Pocock.

g) Eutyches annal. tom. II. p. 163. 164.

h) Horat. IV. od. 8.

i) Vid. supra p. 2.

k) Vfler. annal. p. 15. 17.

coturnicibus, uel alio quodam cibi genere, sustentati, aqua autem ex rupe pro-
 manante refecti, facile complures menses, imo annos, eo in agro miserimo
 manserunt, et, ut tempus fallerent, uel calamitates suas Aegyptiacas, quibus
 iam feliciter erant perfuncti, uel fata sua reliqua luctuosa, uel documenta gratiae
 diuinae, in hoc itinere adhuc edita, uel alia, ad memoriam illustria, quae tacuit
 Moses, his rupibus mandare potuerunt, quae si coniectura quadam augurari li-
 ceret, quot quamque mirabilia ex ipsis disceremus? Recte igitur sapienterque iu-
 dicarunt Michaelis, Academia Inscriptionum Parisina, Robertus Clayton, Cas-
 fellius, et alii, qui, ut describerentur haec marmora quam fieri possit accuratissime,
 uel praeceperunt uel optarunt, magnam inde in explicandas literas sanctiores uti-
 litatem redundare arbitrati. Literas uero illo iam tempore calluisse Iacobi poste-
 ros, equidem certissime habeo persuasum, etsi alia tradat Augustinus 1): „Moses
 in populo Dei constituit, qui docendis literis praesent, priusquam diuinae legis
 ulla literas nossent“. Nihil enim huius meminit Moses, potius, cum ipse qua-
 dragesimo statim die ab exitu tabulas legis tradiderit itineris sui comitibus, has
 tum iam legere, ac literas ipsi exarare, sine ulla dubitatione ualuerunt. Turpif-
 sime igitur labimur, si aequae ignaros stupidosque nobis Israelitas fingimus, ac re-
 ligionis nostrae irrisores mentiuntur *m*). Etenim, licet originem scripturae certo
 definire nequaquam audeamus, nondum tamen illud ex animo excidit, quod ex
 ore immortalis Bergeri, praeceptoris nostri, olim nos percepisse magna animi uo-
 luptate adhuc recordamur, Deum sine dubio iam cum Adamo literarum cognitio-
 nem communicasse, ut doctrinas omnes, ad salutem sempiternam scitu necessa-
 rias, memoria peccato debilitata ne dimitteret, sed potius diligentissime seruaret,
 et ad posteros propagaret, idque tanto magis, quanto certius literae, earumque
 monumenta, commodissimum huius rei subsidium praebent *n*). Hoc saltem ma-
 net, Iobi iam tempore, qui longe Israelitas antecessit aetate, literas et uolumina
 librorum extitisse. Antiquiorem autem Mose fuisse, non Spanhemius modo sa-
 tis superque demonstrauit, sed docent etiam cum tempus aetatis suae, quam us-
 que ad ducentimum annum protraxit, tum sacrificia ab eo, haud Leuita, oblata,
 tum silentium, quo prodigia in Aegypto, mari rubro, desertoque Arabico, pla-
 ne praetermisit in libro, qui maxima naturae portenta ac miracula a Deo effecta
 enarrat, non praetermissurus illa certe, si ferius uixisset, fama enim tantarum
 rerum ad eum, in Arabia habitantem, certe peruenisset, et ipse necessario ad
 amplificandam Dei gloriam memorare debuisset. At hic *o*) de libro, de literis
 petrae impressis, quod huc imprimis pertinet, disserit, et, ut rupi calamitates suae
 incidan-

1) Augustin. de Ciui. D. XVIII, 39.

m) Hallers Briefe wider einige noch
 lebende Freygeister B. I. S. 20. u. 157.

n) Vid. etiam Fabric. cod. pseude-
 pigr. V. T. p. 1. seqq.

o) Iob. XIX, 23. 24. XXXI, 35.

incidantur, exoptat. Quod etsi de marmore sepulchrali (explicit Harmar *p*), nihil tamen hic equidem de titulo tali lego, sed exinde potius conicio, aetatis istius homines, si quid posterorum memoriae uellent prodere, saxi et petris insculpsisse, idcirco et Israelitas, ferius certe uiuentes, sed tunc, ut Iobus, in Arabia degentes, eundem morem tenuisse. Praeterea uarii in populo Israelitico eo tempore artifices extiterunt, quidni et sculptores eiusmodi ac lapicidae in eodem uersati fuissent? Si quis arcam foederis et thronum gratiae, Cherubim, candelabrum aureum, uel loti uel palmae florem assimulans, mare aeneum, clypeum summi sacerdotis, duodecim gemmis distinctum, tribuum nomina iis incisa, et alia, potissimum artificem luminum Bezalelem, recordetur *q*), quae et Gallus, Fleury, admiratur *r*), non omnes sane Aegypto profugos durissimae addictos fuisse seruituti, sed ingeniosissimos politioribus studiis et elegantioribus institutos exercitatosque perspiciet, reliquos modo crassius et impolitius petris quaedam insculpsisse, ut suae quoque diligentiae extarent specimina, haud immerito censebit *s*). Nonne enim literas, eo iam tempore inuentas, tenuissent, quo nominum cuiusque tribus, insculptorum gemmis, uariorumque librorum, Moesam iam iniectis mentionem *t*) plane scimus. Cum Iobus literarum in rupibus effictarum meminerit, cum ipse Deus tabulis lapideis inciderit leges, cum et in deserto lapidibus reliqua praecepta sua inscribi iusserit, quam primum transferint Iordanem *u*), eisdemque mandato satisfecerit deinceps Iosua *x*), a fide non est alienum, et his petris Gebel el mokatab uaria exules, in solitudine ista habitantes, inscribere, aliarumque gentium morem imitari, potuisse. Ceterum, quoniam illi in desertum Sinai altero ab exitu anno peruenerunt *y*), eodemque anno in solitudinem Pharan, ad quam haec saxa literata pertinent, et illic commorati sunt diu, columna nubis in terram sese demittente *z*), sed ob, flagitamam turpissime carnem, permulti eorum repentina ibi extincti morte obierunt, ac memoriam huius sceleris sepulchris uoluptatum reliquerunt *a*), ex eodem autem deserto Pharan exploratores miserunt in Palaestinam *b*), ibidemque 37 prope annos habitauerunt *c*), non est sane mirandum, tanto annorum spatio, ad tempus fallendum, quae sibi euenirent,

- p*) Fabers Beobacht. üb. d. Orient. B. 2. S. 131.
q) Exod. XXV-XXVIII. XXXI, 2, sq. XXXV, 25. 26.
r) Fleury les moeurs des Israelites p. 73
s) Supplement zur allgem. Welthistorie B. 2. S. 525.
t) Exod. XVII, 14. Mosaïsche Briefe S. 46. 48, f.

- u*) Deut. XXVII, 2. 3.
x) Ios. VIII, 30. 32.
y) Num. I, 1.
z) Num. X, 12.
a) Num. X, 12. 33. XI, 1. XXXIII, 16. 17.
b) Num. XIII, 1-3.
c) Num. XIII, 27. uid. Wels histor. geographie A. u. N. T. B. I. S. 354. 364.

nerint, his rupibus prodidisse, eademque si quis coniectura perspicere possit, multum inde adiumenti ad interpretandum codicem diuiniorem afferre posse uideatur. Cum autem in ea regione sepulchra uaria fuerint reperta, equidem haec non Aegyptiorum, ut Niebuhr censet d), sed Israelitarum, corpora olim condidisse puto, qui ibi, uoluptatum illecebris irretiti, cum desiderarent carnem, insigni clade a Deo prosternebantur, quibus focii sui uarios sine dubio posuerunt lapides, titulis ornatos.

Sed quae tandem est lingua, quodque uocum illarum insculptarum argumentum? Hic incertiam nostram ignorantiamque summam libere profiteremur, neque illud turpe ducimus prae nobis ferre, quod alii, longe nobis doctiores peritioresque, pari modo aperte declararunt. Hebraicas autem antiquas esse literas, nostra aetate scilicet perditas, ut Robertus Clayton existimat, nunquam, ut credam, adducar, iisdem nos adhuc literis uti persuasus, quibus Moses eiusque successores, in conscribendis uoluminibus sanctioribus, in ipsisque tabulis et saxis consignandis, sunt usi. De aliis Hebraicis literis antiquitas omnis usque ad Hieronymum, sibi tamen alio loco repugnantem e), tacet, Samaritanas autem Hebraicas illas fuisse, nullo idoneo comprobari argumento potest, doctos igitur uiros in eam incidere potuisse cogitationem, admodum miror, id quod egregie Carpzouius refutauit, aliis simul compluribus citatis, data qui illud opera reuicerunt f), quibus merito Praestantissimum adiungo Schwarzium, in dissertationibus de Pentateucho Samaritano tam copiose illam fabulam eneruantem, ut hoc labore superfedere possim. Hebraeae ergo literae, a nostris diuersae, in his saxis expectari non possunt, cum eadem semper literarum Hebraicarum fuerit figura. Nec Samaritanae sunt, quod illa aetate nondum erant, nihilque ad Israelitas istos pertinebat Samaria, longe serius et cognita, et habitata nec Arabicae, nam haec lingua eo tempore ab Hebraea nondum fuit aliena, ut Iobi, Arabis, liber demonstrat, nec Chaldaicae, quarum nulla prorsus fit mentio Pentateucho, praeter unum locum g), ex quo Israelis posteros eam linguam in Aegypto retinuisse difficile est ad probandum, Iosephi enim liberorum, reliquorumque in Aegypto natorum, nomina sunt Hebraica, non Chaldaea. Restat igitur, ut praeter Copticas seu Aegyptiacas literas esse censeamus, quarum forma ab istis, Arabiae rupibus inscriptis, eruditissimo Caylo h), et ipso aspectu, teste, parum profecto abhorret. Huius autem linguae exules felices non expertes fuisse, quis tandem dubitabit, qui eos 215 annos in Aegypto uixisse, et Mosen ipsum in omni Aegyptiorum sapientia, ob eamque

rem

d) Niebuhr Reisebeschr. B. I. S. 235.

e) S. V. Schwarz. dissert. de pentateucho Samaritano p. 102.

f) Carpzou. Crit. sacr. p. 227-242.

g) Gen. XXXI, 47.

h) Caylus Sammlung Aegyptischer Alterthümer B. I. S. 74.

B

rem et lingua, institutum i), recordetur, qui, nunquam, nisi forte initio, interprete adhibito, cum Aegyptiis locutos esse Israelitas, credat, dum Iosephi modo aetate, alia hunc, eiusque fratres, alia Aegyptios, fuisse usos, legimus, qui denique ipsum cibum minime naturalem, sed coelestem, Aegyptiaca lingua appellatum meminerit, qua de re alibi copiose. Itaque haud male Mosen Clemens Alexandrinus k) statuit literas Aegyptiorum didicisse, eademque ratione Israelis posterius has ipsas cognoscere et pingere potuerunt, habebant enim Aegyptii non facras modo et hieroglyphicas, sed vulgares etiam notas, quales adhuc in caavernis Aegypti mediae inveniuntur l). Hanc autem linguam ab Hebraica uere diuersam extitisse, uoces permultae, sanctioribus libris occurrentes, ut Zophnath paneach, Abrech, Pharao - - declarant, literas uero longe alias fuisse, et antiquae Aegyptiorum inscriptiones apud Kircherum, Caylum, Niebuhr, aliosque, doceant, et numi ac signa prisca luculentissime confirmant. Accedit, quod uaria hieroglyphica uetustis in Gebel el mokatab inscriptionibus immixta reperiuntur, quae Aegyptiorum morem scribendi sacrum non obscure produunt. Si igitur, ut breuiter omnia complectamur, solitudo illa horribilis, sed propter inscriptionum antiquitatem et multitudinem, ac summam quoque alimentorum et aquae inopiam, insignis, multisque quotidie ac magnis ob latrones perpetuos periculis patens, nullum aliud prodit populorum horum auctorem, nisi Deo deuotum illum Israeliticum, qui complures annos in ea regione habitauit, et, cum linguam Aegyptiacam teneret, hac sine dubio ad tempus terendum uaria, atque ad memoriam forte illustria, literis ibi consignauit, tum sane rem omnem ad liquidum perductam censemus, nihilque amplius, quod ad hanc corroborandam restet quaestionem, reliqui habemus, nisi iudicium Viri celeberrimi, Ierusalem, ita disputantis m) „Sollte dies nicht einige vortheilhafte Vermuthungen für das ächte Israelitische Alter der Aufschriften an dem Berge Horeb geben? - - Wie viel Wahrscheinlichkeit hat es nicht, da die Israeliten in der Gegend dieses ihnen so merkwürdigen Berges sich so lange verweilten, auch diese Art der Denkmale noch so gewöhnlich war, daß sie auch ihre außerordentlichen Begebenheiten auf diese Art zu verewigen gesucht haben? Die vielen ähnlichen Inschriften auf den Wänden der Höhlen in den mittlern Aegypten, die von einem eben so hohen Alter zu seyn scheinen, geben dieser Vermuthung noch mehr Bestätigung. - - Es ist kein Werk von einem oder etlichen wenigen Menschen, und würde sich eine Caravane, worinnen die Pilgrimme reisen, sich damit nicht aufhalten. - - Wenn

„das

i) Act. VII, 22.

k) Clem. Alex. Strom. I. p. 343.

l) Jablonski Pantheon Aegypt, part.

III. p. 188.

m) Briefe über die Mosaischen Schriften S. 50.

„das wahre Alter davon sich erweisen, und der Character sich dechifriren, liesse,
„so würde die Entdeckung die Mühe vielleicht gut genug belohnen“

Ne quid autem ad sententiam nostram uindicandam idoneum omittamus, nonnulla modo ob spatium, quo circumferibimur, angustum, quae labefactare eam posse uideantur, aliique pro suis attulerunt opinionibus fulciendis, breuiter adhuc perpendamus. Franciscanorum antistes mysteria quaedam abstrusa iisdem saxis contineri putat, uel a Chaldaeis, uel aliis, ante C. N. his rupibus inscripta. Quid autem Chaldaei solitudine hac uastissima egerint, siti et fame paucis diebus sine dubitatione confecti? Videtur homo bonus de fabula illa accepisse, qua Iudaei tradunt, Ieremiam, Chaldaeis urbi exitium minantibus, uasa sacra eo loco condidisse n). Sed tum certe non Chaldaeam, quam Babylonii intelligerent, sed aliam longe ignotam, scripturam adhibuisset uates, quo certius tutiusque Babylonios mysteria illa celaret. Robertus Clayton, qui hoc itinerarium in Anglicam linguam conuertit, Hebraicas literas antiquas arbitratur, iniuria temporum deinde perditas, de quo quid sentiendum sit, antea declarauit. Niebuhr recte iudicat, non potuisse a peregrinantibus hospitiibus, sed debuisse a fessoribus et incolis proficisci, sed, dum uaria uestigia urbium et uicorum in Arabico deserto se animaduertisse scribit, nullum tamen in solitudine Pharan, in qua Gebel el mokatab spectatur, se deprehendisse testatur, exules autem illi, mirabili cibo potuque recreati, habitatores et incolae regionis illius censendi sunt, quod tam diu loco illo confederunt. Montagu Hebraicas recentiores esse contendit, at, cur nemo unquam eruditorum eas intellexit, de explicandis potius ipsis quisque adhuc desperauit? Moshemius comites praefecti istius Franciscanorum stupidos et imperitos extitisse, talibusque fidem haberi non posse, putat, Gallum autem sibi quendam Parisiis nuntiasse scribit, Arabica esse plurima, ipse a Saracenis, et cruciatae expeditionis focis fortasse, incisa fuisse, sibi persuadet. Veneror ego, si quisquam, ingenium et doctrinam Moshemii, cui parem nostra aetate frustra requiro, sed hic, pace cinerum ipsius, ad sententiam uiri immortalis accedere non possum. Fuerint stupidi itineris comites, eas tamen literarum formas, quae iam uigent, perspectas habebant, sed nullam earum similem uidebant. Praeterea, num eos imperitos dicam, qui Copticam, Arabicam, Hebraicam, Syriacam, Armenicam, aliasque linguas, callebant? Gallus, nescio quis, Arabicum scribendi genus existimauit, cur, quaeso, nomen huius tacuit Moshemius, ut doctrinae ipsius fama sententiae suae auctoritatem adiceret ac pondus? Saraceni profecto in hac tam sterili et exhausta regione tam diu nunquam habitauerunt, eorumque literae ad Turcicarum similitudinem prope accedunt, quas Turcae praesentes facillime cognoscent. Quae Harmar, eiusque interpres, aliique attulerunt, praetermittere

B 2

cogimur,

n) Wagenfeil ad Sota, p. 440. f.


cogimur, illud unum memorantes, et supra iam refutata esse plurima, et ex paulo ante disputatis nullo negotio refelli, Phoenicias autem cum Bayero et Büschingio haberi non posse, cum Phoenices nunquam prope montem Horeb confederint, neque a mari rubro sint profecti o). At, num hieroglyphicae figurae, et uariarum bestiarum imagines, quas Niebuhr et Montagni ibi uiderunt iisdem marmoribus insculptas, Israelitis debeant tribui, quibus omni imaginum usu interdixisse Deus uideatur? Equidem non nego, ab adorandis bestiis et simulacris Numen praepotens uerbis grauissimis suum deterruisse populum, sed, imagines quascunque et formas animalium prohibuisse eidem, nunquam existimabo, recordatus, Deum ipsum Cherubim, qui Ezechieli certe animalium speciem praese ferre uidebantur, in sanctissimo ad obumbrandum gratiae thronum sculpti iussisse, uerum sui modo imaginem fingi uetuisse. Potuerunt igitur coturnices, sibi coelitus demissas, serpentes, tantam sibi plagam inferentes, aliasque bestias exprimere, memoriamque illarum posteritati tradere, ab omni tamen superstitione puri atque integri manere. Miror interim, reliquos, eadem qui faxa conspexere, nihil prorsus de his hieroglyphicis prodidisse figuris. Ut breui praecidam, non effiugi, sed adorari, haec signa prohibuit Deus p). Quid autem, si Israelitas cultui numinum in Aegypto deditos fuisse centeamus, ideoque Deum ex uinculis eduxisse, ne amplius idolorum istorum imbuerentur sacris, quanquam nec postea in deserto Arabico desisterent alienos Deos uenerari q)? Manet igitur, si quam, in tam difficili argumento, sententiam ferre liceat, antiquas Aegyptiorum literas esse, quas peregrinatores adeo felices, a Mose ex seruitute liberati, his laxis insculperunt

Quam autem illis, in deserto tum oberrantibus, exhibuit Numen gratiam, hanc et nos, peregrinantes in hac terra, non praesenti tantum anno, sed etiam in posterum, a Deo benignissimo expectamus. De quo argumento auditorum nonnulli diligentes ac bonae notae ita disserent, ut CHRISTIANVS GVILIELMVS SIMON, *Waltersdorf. uniuersam uitam nostram peregrinationem esse*, demonstret, GODOPREDVS BENIAMIN EISENSCHMIDT, *Geran. itinera Seruatoris*, IOANNES ADAMVS HEGNER, *Geran. peregrinationes sacras*, THEODORVS FRANCISCVS GOTTLIB BERLET, *Claustr. Lausnit. eruditas*, et CHRISTIANVS THEOPH. BECK, *Rodowisch. patriam communem*, edisserat, et postremus nota simul faciat religiosa, quibus ut praesto sint oratoribus gratia ac fauore suo CVRATORES ILLUSTRIS RVTHENI SVMME VENERABILES, ac *reliqui Fautores et Amici*, perinde ac decet obsecramus

P. P. Cal. Ianuar. A. R. S. MDCCLXXVIII.

o) Bochart, Can. I, 43.
p) Exod. XX, 5.

q) Num. XXV, 2. 13. Deuter. IV, 4.
XXXII, 6. 17. 21. Pl. CVI, 28.
Ezech. XX, 8. 24. Act. VII, 43.



von sich erweisen, und der Character sich dechifriren, ließe,
eckung die Mühe vielleicht gut genug belohnen“
in ad sententiam nostram vindicandam idoneum omittamus,
spatium, quo circumseribimur, angustum, quae labefactare
r, aliique pro suis attulerunt opinionibus fulciendis, breui-
nus. Franciscanorum antistes mysteria quaedam abstrusa iis-
putat, uel a Chaldaeis, uel aliis, ante C. N. his rupibus inscripta.
ei solitudine hac uastissima egerint, siti et fame paucis diebus
nfecti? Videtur homo bonus de fabula illa accepisse, qua Lu-
niam, Chaldaeis urbi exitium minantibus, uasa sacra eo loco
tum certe non Chaldaeam, quam Babylonii intelligerent, sed
m, scripturam adhibuisset uates, quo certius tutiusque Babylo-
laret. Robertus Clayton, qui hoc itinerarium in Anglicam
Hebraicas literas antiquas arbitratur, iniuria temporum de-
no quid sentiendum sit, antea declarauit. Niebuhr recte iu-
a peregrinantibus hospitiibus, sed debuisse a fessoribus et inco-
dum uaria uestigia urbium et uicorum in Arabico deserto se-
it, nullum tamen in solitudine Pharan, in qua Gebel el moka-
prehendisse testatur, exules autem illi, mirabili cibo potuque
s et incolae regionis illius cenlendi sunt, quod tam diu loco
Montagu Hebraicas recentiores esse contendit, at, cur nemo
eas intellexit, de explicandis potius ipsis quisque adhuc despe-
comites praefecti istius Franciscanorum stupidos et imperi-
que fidem haberi non posse, putat, Gallum autem sibi quen-
te scribit, Arabica esse plurima, ipse a Saracenis, et cruciatae
ortasse, incisa fuisse, sibi persuadet. Veneror ego, si quis
doctrinam Moshemii, cui parem nostra aetate frustra requiro,
um ipsius, ad sententiam uiri immortalis accedere non possum.
ris comites, eas tamen literarum formas, quae iam uigent,
, sed nullam earum similem uidebant. Praeterea, num eos
ui Copticam, Arabicam, Hebraicam, Syriacam, Armeni-
as, callebant? Gallus, nescio quis, Arabicum scribendi genus
naeso, nomen huius tacuit Moshemius, ut doctrinae ipsius
e auctoritatem adiceret ac pondus? Saraceni profecto in hac
ta regione tam diu nunquam habitauerunt, eorumque literae ad
ndinem prope accedunt, quas Turcae praesentes facillime co-
larumar, eiusque interpres, aliique attulerunt, praetermittere
B 2 cogimur,

Sota, p. 440. f.